

in Anconitana prætenſe venditionis 14 Junii 1655. in fine Bichio. Potest tamen permutari \* maximè si exinde conditio Uxoris evaserit melior, ut comprobant Altograd. dicto consil. 25, nu. 20, & seq. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25, tit. 3, n. 21. Bim. consil. 213, n. 64. Rota in Melevitana bonorum 6 Martii 1654. §. Et licet, versic. Quia tamen Cerro. In nihilo resistente quod Auctor hic nu. 14, contrarium sustinere contendat, ejus namque traditio præsupponit duo, alterum, quod in contractu mulieris solemnitates requirantur, & quod sine illis contractus etiam evidenter utilis non sustineatur, quod teprobavimus infra capite tertio.

Sicuti ergo fundus dotalis est inalienabilis, ita nec in illo fieri \* potest executio, Borell. conf. 54, n. 1, & seq. Joan. Anton. ab Ecclef. observ. 160, n. 1, & seq. lib. 1. Chartar. dec. 34, per totam, Antonin. de Amat. resol. 45, n. 1, ubi infinitos cumulat. Quod tamen intelligitur quoad debita contracta durante matrimonio, nam pro existentibus super fundo, aut re dotali ante contractum matrimonium \* maritus convenitur, ut se declarant præcitati Doctores, & præter eos Castill. dec. 97, per totam. Franch. dec. 636, n. 1. Carleval. de Judic. tit. 3. disput. 19, n. 9. Gibalin. de usur. lib. 4. cap. 5, art. 17, n. 56, fol. 149, tom. 2. Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 3, sub n. 64, versic. Secus tamen. Auctor cap. 65, n. 14, & optimè declarat Fontanell. dec. 421, n. 21. Quam distinctionem comprobat Auctor hic n. 15, & cap. 65, in fine. Quod si uxor vel alius bona tanquam franca & libera marito assignaverit, tunc quod maritus \* executivè conveniri pro debito uxoris non possit firmat Castill. dicta dec. 97, n. 2, Antonin. de Amat. resolut. 45, n. 23. Sed ambobus ex prædictis ex professo confutatis \* contrarium firmant etiam in casu, quo bona in dotem data fuerint uti franca, & libera pauper. 15, n. 25, tract. 1, discurs. 2, part. 10, n. 67, fol. 130. Carul. in Sylv. arbor. 31, n. 87, & 119.

Uque adeò inalienabilis fundus dicitur, ut ab ipsomet alienante, sive \* marito, sive uxore, revocari possit, ut subjungit Auctor hic n. 17, & comprobant Surd. dec. 86, n. 2. Peregr. consil. 19, sub n. 4, versic. de Marito lib. 3. Rosental. de feud. membr. 9. conclus. 70, sub n. 20, versic. Verum respondetur. Mangil. de evict. quest. 70, n. 10. Altograd. consil. 25, n. 3, lib. 2. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19, n. 2182, in fine fol. 662. Cyriac. contr. 10, n. 65. Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 17, n. 57, tom. 2. Quod procedit jure civili inspecto etiam si alienatio fundi dotalis \* juramento firmata appareat, quemadmodum animadvertit Auctor hic n. 18. Mangil. de evict. quest. 71, n. 11. Rota dec. 269, n. 13, in fine 14, & 15, part. 9, tom. 1, rec. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19, n. 2182, fol. 662, Altograd. dicto consilio 25, sub n. 29, versic. Qui juramento lib. 2. At si maritus \* etiam scienti fundum dotalem venderit, eique de evictione caverit, si sequatur evictio erga emptorem quantumvis scientem rem dotalem obligatus erit de evictione, Roland. à Vall. consil. 67, n. 2, & per totum lib. 4. Odd. consil. 51, n. 3, 17, & per totum. Carol. Anton. Mocc. in Sylv. cas. forens. cap. 5, n. 9. Mangil. de evict. quest. 71, n. 23, & 24, & prosequitur Auctor hic n. 20, & 21. Gabr. consil. 165, n. 3, 6, & per totum lib. 1. Manent. dec. 20, n. 23, ubi quod si evincatur fundus dotalis culpa fecerit, nulla actio evictionis uxori competat, nec contra patrem, nec contra maritum.

Secus autem evictionis promissione fundum

dotalem maritus à se etiam \* cum juramento alienatum revocare potest, nec pretio refuso Honded. consil. 19, nu. 8, lib. 2. Surd. dec. 86, nu. 2. Menoch. consil. 559, nu. 7. Thomaf. de tutor. & curator. tit. 19, n. 2194, fol. 663.

Conclusio prædicta nonnullas recipit limitationes, quarum prima est, quando fundus in dotem assignatur æstimatus, \* nam tunc transit in dominium mariti, nec impletur quominus alienare valeat, Seraph. dec. 1332, n. 1, & seqq. Duran. dec. 1, nu. 12, 13, & 14. Bim. consil. 41, nu. 5, & per totum, & consil. 163, nu. 8. Coccin. dec. 257, nu. 4. Laurent. Urscel. concl. 68, nu. 1, & per totam in verbo æstimatio. Galeot. contr. 40, n. 10, & 11, lib. 2. Olea de cessio. jur. tit. 5, quest. 12, n. 3, & 4. Cigal. de act. §. 20, nu. 27. Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 3, n. 51, & 57. Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 17, n. 53, cum infinitis apud Auctorem hic n. 22, datur tamen regressus uxori ad fundum, & alias res alienatas per maritum ubi effectus fuerit non solvendo, Gabr. dicto consil. 165, n. 1, lib. 1. Duran. dicta dec. 1, n. 14. Auctor hic n. 23, & 26. Secunda limitatio est, quia fundus dotalis alienari \* potest, ubi præcisa subest necessitas. Fontanell. dec. 541, sub n. 4, versic. istud intelligi. Ripol. var. resol. cap. 9, nu. 67, latè Altograd. consil. 25, num. 18, & consil. 26, fere per totum lib. 2, & pluribus exornat Auctor hic n. 27, & 28. Andr. Censal. decis. Lucen. 10, n. 6, & 14. Tertia demum limitatio coincidens cum præcedenti est, quia fundus dotalis ad effectum præstandi alimenta \* familia alienari permissum est, 13 ut concludit Auctor hic nu. 29. Ripol. var. resol. cap. 9, sub n. 67, versic. quod dotalis fundus. Rota dec. 177, sub n. 8, versic. præstatio alimentorum & sub n. 9, versic. insuper, nec illa paritas part. 1, recent. & coram Burat. dec. 783, n. 1, & seq. Gratian. discept. 107, n. 10, & seq. & discept. 108, n. 25, & per totum. Leoncill. de privileg. pauper. 15, n. 25, ac per totum, & privileg. 423, n. 2, part. 2. Altograd. dicto consil. 26, nu. 4, & per totum lib. 2, ubi idem quoque inquirunt in quacunque alia necessitate latè Hodiern. ad Surd. dec. 86, n. 1, 8, & per totam, Viv. dec. 133, sub n. 8, versic. in alendo, & per totam, Thomaf. de tut. & cur. tit. 19, n. 2204, fol. 663, & n. 2206, versic. Ubi pro alimentis fol. 664. Maur. de fidejuss. sect. 8, cap. 3, sub numer. 109, versic. Nempe ad effectum alendi fol. 239. A Cost. de privileg. cred. reg. 2, ampliat. 6, sub nu. 189, versic. ad alendam & à num. 209, usque ad 221. Surd. consil. 367, num. 27, versic. Et præcipue quando & 28, & consil. 420, per totum. Larr. alleg. Fiscal. 35, sub num. 38, versic. vel conduxit alimenta. Carleval. de judic. tit. 3, disput. 19, numero 8.

## CAPUT LIX.

## SUMMARIUM.

- 1 Fundus dicitur dotalis quando nulla præcedente æstimatione fuit datus in dotem. Dicitur dotalis quando loco pecunie in dotem assignatur num. 2. Dotalis validè alienatur accedente consensu & juramento mulieris num. 6. Dotalis à marito alienatus etiam cum juramento recuperari potest n. 7.
- 3 Emptum ex pecunia dotali non efficitur dotale.
- 4 Æstimatio non semper facit emptionem.
- 5 Emens ex pecunia aliena, aut hæredis, non sibi, sed Domino, vel hæredi acquirit.

## Observationum de Alimentis. Caput LIX.

3 Uxor fundum dotalem alienatum cum juramento stante læsione recuperare potest. Si juraverit pretium recepisse, in venditione quoad emptorem sibi præjudicat, non autem quoad maritum n. 11. Secus si in judicio confessæ fuerit habuisse pretium n. 12.

9 Maritus & uxor, si vendant simul numerata pecunia præsumitur quod pervenerit ad maritum. Secus si simul aliquid acquirunt cum unusquisque pro dimidia acquirit n. 10.

Pro clariori intelligentia inferius dicendum fundus quando dicitur dotalis præcendendum \* venit, tunc autem dicitur dotalis, quando fundus nulla præcedente æstimatione in dotem traditur leg. dotale prædium 15, & l. seq. ff. de fund. dot. & in l. 1, Cod. de rei uxor. act. Altograd. consil. 25, n. 1, libro 2. Joan. Franc. Andreol. controvers. 313, num. 1. Mart. Medic. decis. Senen. 50, nu. 12, & 13. Cenc. de cens. quest. 18, num. 7, & post tract. dec. 35, num. 10. Merlin. de pignor. & hypothec. libro 2, questione 19, num. 10. Rota in Perusina census 27 Junii 1653. §. præterea Zarate.

Deinde dicitur fundus dotalis, quando constante matrimonio dos, quæ erat in pecunia ex pacto inito inter virum, \* & uxorem conversa in fundum tanquam dotalem, ubi maximè ultra consensum, & pactum intendit utilitas mulieris, l. si ex pecunia 12, Cod. de jure dotali. Honded. consilio 14, num. 56, & consilio 41, num. 27, libro 1. Joann. Franc. Andreol. controvers. 130, n. 16, & dicta controvers. 313, num. 2, & 3. Giovagn. consilio 32, numer. 5, 8, & per totum lib. 1. Caren. resolutione 70, num. 3, & 4, ac per totum. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, quest. 19, num. 45. Rota decis. 231, num. 12, partit. 9, tomo 1, recent. nec ab ista conclusione recedendum erit quicquid contrarium attentaverit Auctor cap. 58, num. 14. Seclusis autem pacto, consensu, & utilitate \* uxoris emptum ex pecunia dotali non efficitur dotale. Monach. decisione Lucen. 67, num. 7, & 8. Cephal. consil. 351, num. 31. Giovagn. consilio 32, nu. 1, & seq. lib. 1. Joan. Franc. Andreol. contr. 130, num. 2, & seq. Mart. vot. 127, num. 5, dixi allegat. 45, n. 11, lib. 3. Gratian. disceptat. 964, n. 22, ubi limitat quando maritus effectus est non solvendo. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 3, quest. 52, n. 4. Buratt. decisio. 719, n. 4. Ferentill. ad eundem Buratt. dec. 784, lit. A. Andr. Censal. decis. Lucen. 11, n. 83, & 84. Rota in Maceraten. Salvian. 11 Martii 1647. §. Quia cum præcesserit. Eminentiss. Corrado, & dicta decisione 231, n. 3, usque ad 12, part. 9, tomo 1, recent. Animadvertendo tamen, quod non semper æstimatio \* faciat emptionem in constitutione dotis, ita ut maritus ad restitutionem dotis in quantitate, sed in fundo teneatur, si fundus in dotem æstimatus tradatur, sed dantur distinctiones videndæ apud Cyriac. controvers. 220. Joan. Baptistâ Antonell. consil. 3. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, quest. 19. Capyc. Galeott. contr. 40, per totam lib. 2. Tondu. var. ref. civil. 52. Jo. Franc. Andr. contr. 313, n. 4. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 30, per totam, & dec. 50, pariter per totam. Emens \* verò ex pecunia alterius aut hæredis, non sibi, sed Domino, vel hæredi acquirit, dixi alleg. 26, n. 18, lib. 2, & allegat. 73, n. 2, lib. 3. Rota decisio. 38, n. 1, & sequent. part. 9, tomo 1. Giurb. dec. 111, n. 2, & sequent.

Facta igitur dotis constitutione in fundo, seu

in alia proprietate immobili, quæ inalienabilis existit ex traditis in præcedenti capite, subjungitur hic fundum dotalem alienari posse irrevocabiliter, si accedat juramentum mulieris \* alienationi assensum præstantis, ut prosequitur Auctor hic à n. 1. Menoch. consilio 789, num. 5. Vivius dec. 133, n. 2. Peregr. decis. Patavin. 94, nu. 4. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1, tit. 8, num. 2, & n. 38. A Cost. de privileg. credit. reg. 2, ampliat. 6, n. 108. Pen. dec. 489, n. 2, & 3. Rota apud Cenc. de cens. dec. 32, n. 9. Mangil. de evict. qu. 71, num. 21. Rota coram Cavalier. decisione 482, n. 2, & dec. 269, sub nu. 15, versic. tamen de Jure Canonico & nu. 18, part. 9, tom. 1, rec. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19, nu. 2183, fol. 662. At si maritus etiam cum juramento fundum dotalem \* alienaverit adhuc illum recuperare poterit, ex quo agitur de præjudicio tertii nimirum ipsius uxoris. Montaa. de tutel. cap. 33, n. 91, & 92, fol. 137. Surd. dec. 86, n. 2. Rota dec. 119, n. 2, & 21, part. 2, divers. Mangil. de evict. q. 71, n. 19. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19, num. 2193, fol. 662. Sed contrarium verius etiam in marito comprobant post alios Mangil. de evict. dicta qu. 71, n. 21. Thomaf. de tut. & curat. tit. 19, n. 2205, sublimit. 130, fol. 663.

Si tamen concurrat læsio enormis, aut enormissima exinde infurgit metus reverentialis, ob quem juramento \* non resistente mulier fundum dotalem à se alienatum revocare non prohibetur, ut exornat Auctor hic n. 12, usque ad 69, ubi tandem n. 66, quod metus reverentialis erga maritum juncta læsione præbeat occasionem uxori non obstante juramento agendi ad rescissionem alienationis fundi dotalis, & præter adductos per ipsum longa serie idem comprobant Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19, n. 1291, fol. 662. Hodiern. ad Surd. dec. 86, n. 16, & seq. Cyriac. contr. 403, n. 18, & seq. ubi post alios, quod minor metus requiratur in muliere. Joan. Franc. Andr. contr. 3, n. 10, & seqq. Leoncill. decis. Ferrar. 100, n. 2, & seq. ubi quod in muliere minor metus sufficiat quam in masculo. Sperell. dec. 108, n. 87, latissimè Hodiern. contr. 16, ex n. 1, usque ad finem. Spad. consil. 147, n. 3, lib. 2. Galeott. contr. 14, n. 26, & 30, lib. 2. Buratt. dec. 75, n. 14. Merlin. Pignatell. contr. 100, n. 57, & seq. cent. 2, ubi tamen in filio contrahente cum patre limitat Larr. allegat. Fiscal. 35, n. 23, & seqq. ubi tamen n. 26, dubitat stante juramento quantumvis penitus indotata remaneret Antonin. de Marin. resol. 144, n. 20, & 21, lib. 1. Caren. res. 85, n. 17, & resolut. 94, n. 15. Altograd. consil. 5, n. 71, lib. 1, & consil. 24, à n. 19, usque ad 26, lib. 2. Staiban. jun. resolut. 70, n. 23, & sequent. A Cost. de privileg. credit. reg. 2, ampliat. 6, nu. 188, versic. que tamen. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 34, nu. 78, & seq. Ripol. var. resolut. 14, n. 520, usque ad 529, ubi sub n. 526, videtur requirere minas. Andr. Censal. decis. Lucen. 8, n. 58, & seqq.

Si maritus & uxor in simul fundum dotalem, vel aliam \* rem vendant numerata pecunia ad maritum duntaxat totum pervenisse præsumitur Auctor hic nu. 69. Ofasc. dec. 44, nu. 5, & dec. 140, num. 2. Mantic. de tacit. & ambig. libro 4, tit. 22, num. 5. Valasc. consult. 83, nu. 6. Noguerol. allegat. 29, num. 122, cum adductis per Thomaf. de tut. & curat. tit. 19, n. 1948, fol. 632. Cenc. var. resol. part. 3, n. 113, & 114. Cyriac. controvers. 37, ex n. 19. Amat. decis. March. 27, nu. 11. Gratian. discept. 498, à nu. 1, ad 8, ubi etiam si

etiam si intercesserit iuramentum. Manent. *consil.* 14. n. 26, ubi idem magis procedere inquit quando adfuit filii ex primo matrimonio, & *consil.* 96. per totum. Mangil. *de evict. quest.* 72, n. 40. Thomat. *decif. Macerat.* 109, n. 7, & sequenti. Tondut. *resol. civil.* 156, n. 1, part. 2. A Cost. *de privileg. credit.* reg. 2, ampliat. 6, n. 163, & n. 235. At quando maritus & uxor simul aliquid acquirunt, \* res acquisita cuilibet pro dimidia debetur, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4, tit. 22, n. 4, 6, & seqq. Thomat. *de Tutor. & Curat. tit.* 19, sub n. 1498, *versic. ubi tamen fol.* 632. Quod si iurejurando affirmaverit pretium ad se pervenisse \* non idem tollitur, quin maritus illud receperit, ita ut uxor quoad emptorem sibi præjudicaverit, non autem respectu mariti, à quo dotem adhuc, seu pretium repetere poterit. Boër. *dec.* 23, n. 7. Cravet. *consil.* 91, n. 4. Honded. *consil.* 45, n. 31, & 32, lib. 1. Tondut. *dicta resol. civil.* 156, n. 2. Manent. *consil.* 96, n. 14. Thomat. *de tutor. & curat. tit.* 19, n. 1954, *fol.* 633, ad effectum igitur ut uxor obligetur in totum, vel pro parte pretii \* in venditione cum marito facta non sufficit ejus confessio, nisi in iudicio emanasset, Gail. *practic. observ.* 89, n. 5, & 6, lib. 2. Thomat. *de tutor. & curat. tit.* 19, n. 1954, in fine *fol.* 633.

## CAPUT LX.

## SUMMARIUM.

- 1 Libertas cunctis rebus præfertur.
- 2 Homo liber, nec pignorari, nec vendi potest. Fallit favore alimentorum, pro quibus pater potest vendere filium n. 3.
- 4 Pater pro necessitate filium Clericum vendere non potest. Nec filium emancipatum n. 5. Nec filium uxoratum n. 6. Qui filium vendidit pro necessitate effectus dives filium redimere tenetur n. 13.
- 7 Mater an possit vendere filium disputant hic adducti. Potest locare operas filiorum, & recipere mercedes n. 8.
- 9 Avus paternus potest vendere nepotes pro se alendo, non autem maternus. Sed vide numer. 10.
- 11 Filius extrema egestate laborans patrem vendere nequit. Alienatus à patre ex causa alimentorum non amittit libertatem n. 12.
- 14 Filii se obligantes cum patre beneficium habent deducendi ne egeant. Fallit in emancipatis numero 15. Declara ut numero 16. & n. 17.

**L**ibertatem cunctis præferendam uti inestimabilem, seu æstimatione \* infinita dignam ad textum in l. non est singulari 176, §. fin. ff. de reg. jur. Leoncill. *de privilegio pauper. partit.* 1, *quest.* 3, num. 130. Guilherm. Anth. *de rescript. & morat. conclus.* 5, num. 161, & *conclus.* 32, num. 34. Georg. Mund. *consil.* 12, nu. 82, lib. 1, & *conf.* 27, n. 41, & 42, lib. 2. Fontanell. *dec.* 106, n. 5. Merl. *de pign. & hypoth. lib.* 2, qu. 50, n. 1, & 2, operari ne liber homo \* pignorari, aut vendi quoquod modò possit ratiocinatur. Auctor hic in princip. & num. 1. Mangil. *de evict. q.* 129, n. 5. Barbof. in *Collectan. lib.* 3, tit. de pign. cap. 2, num. 2, *fol.* 857. Gail. *practic. obs. lib.* 2, & de pac. public. lib. 2, cap. 2, num. 7. Favore tamen alimentorum, ne pater fame pereat, aut ex alia urgenti necessi-

tate patri filium pignori dare, aut alienare \* permittitur ut post infinitos subiungit Barbof. *collect. lib.* 3, tit. de pignor. cap. 2, num. 5, *fol.* 857. Thomat. *de tutor. & curat. tit.* 9, sub num. 260, sub ampliat. 1, *fol.* 47, & nu. 271, in fine, *fol.* 50. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 2, *quest.* 50, n. 77. Leoncill. *de privileg. pauperum* 310, n. 1, & *seq. part.* 2. Mangil. *de evict. q.* 62, n. 20. Auctor hic n. 4, & *seq.* Sanchez. *consil. Moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, sub n. 1, *vers. Tertius est.*

Pater egens non idem filium clericum, ut ejus indigentia \* subveniat alienare potest, ut animadvertitur hic n. 10, & comprobant adducti per Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2, *quest.* 50, n. 10, & 101. Thomat. *de tut. & curat. tit.* 9, sub n. 260, ampliat. 19, limit. 3. Dian. *resol. moral. part.* 7, *tract.* 7, *resol.* 8, *fol.* 144. Leoncill. *de privileg. pauper.* 310, n. 10, part. 2. Sanchez. *consil. Moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, nu. 5. Quemadmodum \* neque emancipati vendi possunt ad tradita hic per Auctorem n. 5, 9, & 10. Dian. *dicta ref.* 8, ubi eo magis in conjugato procedere inquit ob præjudicium quod uxori resultaret \* *partit.* 7, *tractat.* 7, *fol.* 144. Thomat. *de tut. & curat. tit.* 9, sub n. 260, ampliat. 19, limit. 4, *fol.* 47.

Circa matrem variant Doctores, aliqui enim volunt \* privilegium pignorandi, aut vendendi filium matri non competere, & in hac opinione refidet Auctor hic, Sanchez. *consil. Moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, n. 2. Contrarium verò quòd etiam ad matrem privilegium istud extendatur, ut ad famem reparandam alias irreparabilem filium alienare valeat, tamen si matris potestas juri incognita existat post alios defendunt Dian. *dicta resol.* 8, circa med. *vers.* In quibus jure naturali fas est patri, aut matri propter egestatem part. 7, *tract.* 7, *fol.* 144. Merlin. *de pignor. & hypoth. dicta quest.* 50, n. 83, lib. 2. prior tamen opinio magis recepta & tutior videtur ex cumulatis per Leoncill. *de privilegio pauperum* 310, sub n. 5, *versic.* Sed quod matri part. 2, contraria verò opinio salvari possit in eo, quod mater possit locare \* operas filiorum, & recipere mercedes, Ursill. *ad Afflict. dec.* 307, n. 5. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2, *dicta quest.* 50, n. 83. Rota *dec.* 296, in fine part. 4, *tom.* 2, *recent.* Multo minus privilegium ob extremam \* necessitatem pignorandi, aut vendendi nepotes. Aut materno competit, paterno autem non controvertitur, quin privilegium hujusmodi debeatur. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2, d. q. 50, n. 85, & 86. Thomat. *de tut. & curat. tit.* 9, sub n. 260, ampliat. 19, limit. 5. Hunc articulum tangit Auctor hic n. 12, sed indecisum relinquit, & facultatem prædictam \* patri concessam vendendi filios, non extendi ad avum paternum quoad nepotes contendit Sanchez. *consil. Moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, n. 1.

E contra filius extrema egestate laborans, patrem \* vendere nequit, ut sibi subveniat ad notata per Auctorem hic num. 13. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2, *dicta questione* 50, n. 104. Thomat. *de tut. & curat. tit.* 9, sub num. 260, ampliat. 19, limit. 2. Filius autem sic alienatus non efficitur servus, neque amittit libertatem, \* cum ad servendum solummodò censeatur traditus, ut advertit Auctor hic num. 14. Merlin. *de pignor. & hypoth. libro* 2, *dicta quest.* 50, nu. 78, & 79. Leoncill. *de privileg. pauper.* 310, num. 13, part. 2. Thomat. *de tut. & curat. tit.* 9, sub n. 260, ampliat. 19, limit. 6, *fol.* 47. Sanchez. *consil. Moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, sub n. 6, *versic. Primum est.*

Ideo si pater, qui filium ob famis necessitatem vendidit

13 vendidit ad pinguiorem + fortunam se reduxerit pretium exsolvere, & filium redimere obstringitur, Sanchez. *consil. moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, n. 6, ubi notabiliter subiungit quod pater ultra pretium ab ipso in venditione filii receptum expensas quoque refundere teneatur erogatas per emptorem in edocendo eum aliquam artem, Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 2, q. 50, n. 102, Leoncill. *de privileg. pauper.* 310, n. 14, part. 2, & concludit Auctor hic n. 15, & 16, ubi subiungit quod etiam filius ex propriis pecuniis possit se redimere, Sanchez. *consil. moral. lib.* 1, cap. 1, dub. 13, n. 6, & 7, ubi quod emptor à quocumque tertio pretium recipere teneatur, & patrem filius cogere possit ad redemptionem ineundam illico ad feliciorum nactus fuerit fortunam.

14 Seclusa verò urgenti necessitate aut alia simili causa prædicta cessant. Quinimò, si filii, + simul cum patre se obligant beneficio gaudent deducendi, ne egeant, Giurb. *decif.* 42, n. 1, & per totum, ubi quod huic beneficio renunciari possit, & n. 21, ubi idem de C. Odoardus de solut. Fenzon. *ad staut. urb. cap.* 152, n. 105, & *seq.* Cigal. *de act. §.* 29, nu. 13. Rot. apud Zacch. *de Cameral. obligat. decif.* 172, nu. 8, & *seq.* 195, nu. 1, & *decif.* 204, per totam, Ubi quod expressa requiratur renunciatio huic beneficio, quæ non continetur in obligatione Camerali. Cyriac. *contr.* 387, n. 7. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 2, qu. 2, n. 7, & 8, Quæ tamen conclusio non militat in emancipato, qui se obligans cum patre privilegio deducendi ne egeat non gaudet, Giurb. *decif.* 43, n. 20. Rot. in *Baren. seu nullius pecuniaria* 21, Junii 1654, §. prætextus enim Cerro.

15 Ultra quod, ut filiusfamilias gaudeat hujusmodi privilegio deducendi, ne egeat requiritur, ut se abstineat ab hæreditate patris, & quod non haberet bona propria etiam de tempore obligationis contractæ cum patre, Gratian. *discept.* 576, n. 4. Ferentill. ad Buratt. *decif.* 281, n. 22. Rot. apud Zacch. *de Camer. oblig. decif.* 204, n. 4, & in *d. Baren. seu nullius pecuniaria* 23, Januarii 1654, sub §. prætextus enim, *vers.* Dum non justificat. Cerro, ubi extendit idem procedere, quando filiusfamilias + contrahendo asseruit se emancipatum, aut patremfamilias, Cyriac. *controv.* 187, n. 8, & 10. Leoncill. *de privileg. pauper.* 335, n. 8, part. 2, Rot. *decif.* 104, n. 3, & *seq.* p. 8, *recent.* & coram Eminentijs. *Outboh. decif.* 16, nu. 5, cum *seq.* ac per totum; ubi quod nec jurata assertio sufficiat.

## CAPUT LXI.

## SUMMARIUM.

- 1 Furtum omni jure est prohibitum; Fallit in casu necessitatis num. 2.
- 3 Fur, qui furtum fecit ob extremam necessitatem, si pervenerit ad pinguiorem fortunam tenetur restituere. Sed contra num. 4.
- 5 Mulieri ob necessitatem famis non licet committere fornicationem. Et de ratione diversitatis inter furtum, & fornicationem num. 6.

**O**mni jure furtum esse prohibitum non ambigitur + ex copiose relatis hic per Auctorem n. 1, 2, & 3. Hector. *Felic. allegat.* 15, n. 50. Giurb. *decif. crim.* 68, nu. 19. Ciarlin. *contr.* 207, num. 17. Peguer. *decif.* 27, num. 7.

Constitutus tamen in extrema necessitate, & ne Melius ad Castellum de Alimentis.

fame pereat furari ei permittitur absque peccato, + & absque incurfu alicujus poenæ ex cumularis hic per Auctorem num. 4. Caval. *de Brach. Reg. p.* 6, num. 374, *vers.* Sicuti exiguum furtum; Leoncill. *de privileg. pauper.* 170, nu. 20, & nu. 25. Dian. *resolut. moral. p.* 5, *tract.* 8, *resolut.* 8. Steph. à Sancto Gregorio *lib.* 1, cap. 14, num. 22.

Si pauper postquam ex pecuniis, aut aliis rebus furatis, extremæ egestati ejus occurrerit, & ad pinguiorem fortunam + pervenerit, tunc ad restitutionem ablatorum, seu illorum æstimationem obstringitur, Abb. in *C. si quis propter* 3, *de furt. Navar. in comment. de elemosyn.* n. 27, & in *manual. cap.* 17, n. 61, 62, & 118. Cost. *de remed. subsid.* 106, *illat.* 7, sub n. 3, *vers.* Nobis tamen, Clar. in *§. furtum* n. 25, saltem in foro poli.

Contrariam tamen opinionem, & sic quod perventus ad pinguiorem fortunam + non teneatur restituere id quod in extrema necessitate furripuit, Azor. *institut. moral. p.* 2, lib. 12, cap. 8, qu. 7, *vers.* Quid si Titius, Bonacin. in *tract. de restit. disput.* 1, *quest.* ult. sub nu. 33, *vers.* Si vero, *fol.* 69, & *disput.* 2, qu. 8, punct. 3, n. 3, ubi reddit rationem, quia in necessitate extrema omnia efficiuntur communia, ita ut constitutus in extrema egestate, non alienum furripere, sed proprio frui dicitur *fol.* 12, Dian. *resol. moral. p.* 5, *tract.* 8, *resolut.* 9, alios cumulat Leoncill. *de privileg. pauper.* 170, num. 54, & hanc partem negativam amplectitur Auctor hic num. 6.

Moechari autem ob famis necessitatem, aut fornicationem + committere mulieri non licet, Bass. in *tit. de furt.* n. 52, Leoncill. *de privileg. pauper.* 170, n. 43, Auctor hic nu. 7, neque ad salvandam vitam licitum est mentiri, Bonacin. *de restit. disput.* 2, q. 8, punct. 3, sub n. 3, *vers.* Objicies *fol.* 112. Rationem quærun, cur furari ad salvandam vitam liceat, non tamen fornicari, + & diversæ circa istud rationes assignantur. Auctor hic in fine ex eo provenire concludit, quia in furto subvenit jus naturale, at in fornicatione contradicit jus commune, & repugnat, nec non turpitudine, & horror proveniens ex peccato acculat mulierem, aliam rationem assignat, Bonacin. *d. disput.* 2, q. 8, sub n. 3, *vers.* Respondeo: quia mendacium & fornicatio intrinsecè mala, nec desunt talia esse ob extremam necessitatem, sicuti desinit esse malum furripere ad sublevandam extremam necessitatem, & propter quam res dicitur mutari, & res furata non manet amplius aliena, sed fit communis per extremam necessitatem, Dian. *var. resolut. p.* 5, *tract.* 8, *resol.* 8, & *resol.* 9, eandem rationem in effectu adducit, quia in casu extremæ necessitatis omnia efficiuntur communia quantum ad usum, & necessariam consumptionem, ultra quod furans in extrema necessitate non obligatur ad restitutionem ratione rei acceptæ, quam apud se non habet, & bona fide consumpsit, nec tenetur ratione exceptionis, quia exceptio rei alienæ in casu extremæ egestatis iusta, atque omni jure licita reputatur, Leoncill. *de privileg. pauper.* 170, n. 43, ubi adducit rationem, quia non reperitur jure cautum, quod propter extremam necessitatem liceat fornicari, quemadmodum furari ob famis necessitatem permittitur, Azor. *institut. moral. p.* 2, lib. 12, cap. 8, qu. 7, *vers.* Quid si Titius, ibi, omnis enim obligatio, ubi assignat rationem ex Diana mox recensitam.